



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

CONSILIVM XXIII.

TRAVM flicat archiepiscopo dispensare cum suffraganeo, qui clericos non suos, & extra diocesim suam ordinavit, & si in hoc glo. & Doct. maxime in c. si clerici. §. de adulteriis. extra de iudic. ubi glo. & Abb. late distinguunt, multum dubitent, tamen uerius vñ, q̄ non archiepiscopus, sed solus Papa possit cum eo dispensare, ut in fortioribus terminis videtur inferri ex ijs, q̄ uoluit Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. vers. 52. & in tit. de dispensa. §. nunc de episcoporum. vers. prohibetur autem episcopus, & vers. potest & aliter distinguunt secundum magistrum per text. in c. cum quidam. c. dilectus. & c. literas. extra de tempo. ordin. ubi episcopus ordinans clericos extra tempora statuta suspenditur, & auctoritate ordinandi priuatur. c. 2. c. o. tit. & cū eo solus Papa, & non archiepiscopus dispensat, ergo à fortiori hoc dicendum est in casu, quo ep̄s clericos non suos, uel extra suam diocesim ordinaret, cū plus, & grauius sit hoc ultimum, quam primū, qm̄ ordinando extra propriam diocesim, & clericos alienos facit q̄ canones in iure diuino fundatos. c. 1. & per totum. 9. q. 2. Fallit t̄ autem hoc, qm̄ episcopus bona fide extra diocesim suam, uel clericos alterius diocesis ordinaret, nā tunc archiep̄s cum illo dispensare posset. c. fin. in fi. cum gl. 9. q. 2. & in hac specie intelligo tex. in c. consultationi. de temp. ordin. & prædictis non refragantur ea, quæ glo. Abb. & alij dicunt in d. §. de adulteriis, quinimmo magis conueniunt, si recte inspiciantur. ¶ Quoad aliud dubiū. ¶ An absente episcopo, seu archiepiscopo canonici, refragante episcopo, per se possint uicarium generale episcopi eligere, clari iuris esse uidetur, q̄ non, cum deputatio uicarij ex iuris dispositione ad episcopum pertineat. c. 1. de offi. uica. in 6. cum glo. in ver. ipsius, ubi si contingat uicarium ep̄i excommunicari, episcopus alium uicarium facere potest, & inquit tex. in c. penul. & fin. cod. tit. q̄ si episcopus uicarium sibi simpliciter, & generaliter constituat, non censetur in illū translatum ius inquirendi, & corrigendi subditos de crimine, nec etiam ius conferendi beneficia uacantia, nisi speciali ter episcopus talem potestatem in eum transulerit: Ergo talis electio ad episcopum, & non ad capitulum nōcitur pertinere, quia iure cautū non reperitur, q̄ uiuente episcopo canonici per se possint uicariū deputare, maxime refragante episcopo: esset enim maximum inconueniens, q̄ capitulum, penes quod nō est ordinaria iurisdictio episcopalis, posset illam iurisdictiōem in alium transferre, eligendo uicarium, t̄ qui ordinariam dñ habere iurisdictiōem, ut habetur in c. 1. de offi. uica. in 6. & per glo. in c. romana. in prin. de appella. cod. lib. t̄ in capitulum. n. non transit iurisdictio episcopalis, nisi sede episcopali uacante. ut legiſ in c. ijs, quæ. & in c. cum olim. de maior. & obed. & hñ in c. 2. extra ne sede uacant. & quāuis nonnulli dicant, t̄ q̄ mortuo episcopo, capitulū possit uicarium generale constituit, tamen fortē hoc posset subſtineri illa ratione, quia mortuo episcopo, & sic eius sede uacante, capitulum dicitur in iurisdictiōe episcopi succedere, ut supra. & c. ad abolendam. in prin. extra de heret. Sed adhuc arbitror, quod capitulum de nouo non possit uicarium generale eligere, sed solum iā ab episcopo electum cōfirmare, uel remouere. ut inferitur ex uerbis Abb. in c. tua nobis. col. 2. vers. nunqd autem mortuo. extra de offi. uica. & posito, q̄ sede uacante capitulum posset uicarium deputare, ut fuit de mente Hosti. & ibi Abb. in d. c. tua nobis. in fi. ver. non tamen uerum uidetur, quod uiuente episcopo possit per prædicta. Hinc t̄ capitulum solum, sede, seu ecclesiā uacante, non potest & econum creare, uiuo præ-

lato. c. cum uos. de offi. ordin. & ibi Abb. in 2. notab. vers. & facit iste tex. nā uideretur inconueniens, q̄ electio uicarij, quæ de iure ad solum episcopum pertinet. ut uoluit Abb. in d. c. tua nobis. col. 2. refragante episcopo, posset etiam ad canonicos per se spectare, qm̄ si capitulum per se hoc posset, diceretur creare quoad iurisdictiōem, & consistorium, seu tribunal similem episcopo, illo inuito, t̄ cum episcopi, & uicarij generales parem, hoc est ordinariam iurisdictiōem habere dicantur, & ip̄orum unum, idemq̄ sit consistoriū, & tribunal. c. 2. de consuet. in 6. d. c. romana. in prin. de appella. col. lib. & in d. c. 1. & hoc indubitati iuris esse uidetur, quod capitulum uiuente episcopo, seu archiepiscopo nullo modo possit uicarium per se deputare episcopo refragante, maxime quādo nulla ne gligētia posset ep̄o circa electionem imputari, ut q̄ uicariū generale iam ordinasset, & illius ordinationi canonici essent rebelles, tunc. n. ad capitulum nullo modo potest deuolui ius eligendi, immō data negligentia episcopi nunquam potestas eligendi ad capitulum deuoluitur, sed ad superiorem negligentis, ut in c. cum simus. 9. q. 3. & est glo. magna. in c. irrefragabili. in uerb. sed cum episcopus est negligens. de offi. ordin. cum sim. Quinimmo t̄ aduersus inobedientes, & rebelles ordinationi suæ episcopus potest implorare auctoritatem superioris, ut Papa. argum. d. c. irrefragabili. §. ceterum. Cederet etiam episcopum posse rebelles, & inobedientes excommunicare, & illos aliis censuris uti. arg. c. preterea. extra de offi. deleg. & c. cū ab ecclesiarum. ubi gl. in fi. & ibi Abb. in 2. reg. de offi. ordin. Adde, quod t̄ sicut quando agitur de uicaria de nouo in ecclesia constituenda, requiritur auctoritas, & consensus episcopi, sine quo cōstitutio nō ualere. c. extirpanda. §. quia uero. de præb. & arg. c. cum satis. de offi. Archid. & Abb. in c. adhuc. col. 2. vers. uenio ad quaſita. de offi. uica. per illum text. ita & deputatio uicarij generalis episcopi ad episcopum, & non ad capitulū pertinere debet, qm̄ uideretur inconueniens, quod capitulum carens iurisdictiōe ep̄ali eligeret uicarium, qui non uices capituli, sed episcopi subſtineret, & illius iurisdictiōem exerceret. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Dispositio fundata super certa qualitate, uel illam præsupponens sine ea locum non habet.
- 2 In gratia, & privilegio se fundans debet prouare qualitatem, seu causam, ob quam data est gratia, seu privilegium, aliā succubie.
- 3 Privilegij causa finita, finitur privilegium.
- 4 Talem se asserens, & uolens se, ut talem admitti, debet probare se esse talem.
- 5 Privilegiatus ratione officij, uel oneris, ut uelut talis privilegio gaudeat, quid requiritur.
- 6 Succedens in onus debet etiam in privilegium, & commodum succedere.
- 7 Exemptio loci, & ecclesie, & exemptio capituli, seu congregationis clericorum, uel monachorum, & exemptio populi inter se differunt, & exemptio uno ex ipsis alijs non censetur exempti.
- 8 Exemptiones sunt strictè interpretandæ, & secundum proprietatem uerborum intelligendæ.
- 9 Nec sunt de persona ad personam, nec de loco ad locum, nec de casu ad casum extendendæ.
- 10 Exemptio à iurisdictiōe ordinarij est gratiosa, & odiosa, & propterea stricti iuris.
- 11 Exemptio concessa monasterio quoad se, & sua loca non extenditur ad loca facta sua post exemptionem.
- 12 Papa in dubio non censetur uelle per s. m. privilegium derogare iuri alterius, & maxime episcopi, & iura ordinarij in dubio uelle conseruare censetur.
- 13 Ecclesie seculares, & regulares, & capelle quoad quam legem episcopo subſunt, & quid in subiectis monasterio. num. 15.
- 14 De lege iurisdictiōis, & de lege diocesana quæ dicatur remissiuæ.

- 15 *Visitatio est de lege iurisdictionis.*
- 16 *Privilegia possunt quidem aliis quoque concedi, sed non ad alios extendi.*
- 17 *Exemptio concessa congregationi monachorum, seu monachis, clericis, vel canonicis non facit loca ipsis subiecta exempta.*
- 18 *Privilegium ad preces concessum debet ad suum casum tantum restringi, nec aliquo modo ultra propriissimam verborum significationem extendi etiam ad id, quod largè sub verbis expressis comprehendi possit.*
- 19 *Privilegium concessum ad postulationem debet magis restringi, quam concessum motu proprio.*
- 20 *Ordinarii visitantes in quibus locis sint recipiendi.*
- 21 *Visitaciones in quibus locis ab episcopo, & ordinario sint faciendæ.*
- 22 *Ecclesia non censetur exempta ob exemptionem concessam monachis, vel clericis, seu illorum congregationi, vel capitulo, & in omnibus, præterquam in iurisdictione monachorum, & clericorum, episcopo possidet.*
- 23 *Et ea exempta una cum locis, clericis, & religiosis, populus tamen non censetur exemptus, & in iurisdictione illius episcopo respondere tenetur.*
- 24 *Exemptus etiam si sit ecclesia ratione rei, vel persone non exempta indicatur tanquam non exemptus, & iurisdictioni ordinarii subicitur.*
- 25 *Ecclesia parochialis aliàs quoad se, & personas suas ecclesiasticas exempta, sed non quoad parochianos, quoad curam parochianorum, & ratione illorum non dicitur exempta, & diocesano loci subest.*
- 26 *Idem in rectore illius.*
- 27 *Etiā si ecclesia illa ad monasterium exemptum pleno iure spectaret.*
- 28 *Monachus de iure communi potest absque dispensatione ex sola institutione habentis potestatem instituendi curam animarum populi in ecclesia seculari exercere.*
- 29 *Et quid si in illa ecclesia habitaret congregatio monachorum.*

E P I T O M E.

VISITATIO populi non exempti, qui in ecclesia aliàs exempta, & inuitis clericis, seu monachis etiā exempti sunt ab episcopo, seu ordinario fieri possit, & qui ecclesia aliàs exempta ratione populi non exempti censetur non exempta, & ordinario loci sit subdita, hic demonstratur.

CONSILIVM XXIII.

IN præfenti causa visis dubijs mihi exhibitis, ac diligenter consideratis verbis privilegiorum tam congregationis vallis umbrosæ, quam monasterij S. Iustine, omisso multiloquio, quid verius de iure sentiam, exponam, & licet superuacaneū forte videatur, me in huiusmodi causa manuum apponere, cum super eisdem dubijs tam doctè, copiosè, ac eleganter alius excellentis consultor olim collega, ac concurrentis meus scripserit, ut vix loquor mihi superstit aliud ulterius addendi, tamen non discedendo ab eius dictis, immo illis adherendo, quædam alia ad propositum leui calamo percurram, solum insistendo circa duo vltima dubia, quæ sunt difficiliora, prætermisso primo dubio satis luculenter per dictum dñm Consultorem enucleato, cum eius definitione pertransisco, videlicet, quod ad hoc, ut monachi vallis umbrosæ gaudere possint privilegijs concessis congregationi S. Iustine, teneantur ante omnia probare se regi iuxta regulam, seu obseruantiam regularem dictæ congregationis S. Iustine, nam quod quotiescunque dispositio est fundata super certa qualitate, uel certâ præsupponit qualitatem, cessante illa qualitate, cessat dispositio, & ea existente, dispositio habet effectum clem. si de beneficio. de præben. clem. litteras cum ibi not. de rescript. & Ioan. de Anan. in c. tua. in 4. col. de usu. Et ideo si non probetur qualitas, seu causa, ob quam data est gratia, seu privilegium, succumbit ille, qui se in gratia, & privilegio fundat, ut est casus no. iuncta gl. in verb. creatum de rescriptis, qui text. loquitur in literis ad beneficia finita enim causa pri-

uilegij, finitur privilegium. l. titia scio. S. usuras. & ibi habetur de legat. 2. Bart. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. & Abb. in c. suggestum. de decimis. quare cum ad preces monachorum asserentium se regi iuxta regulam, & obseruantiam regularem congregationis Sanctæ Iustine fuerint eis concessa privilegia congregationis Sanctæ Iustine, ipsi monachi debent probare hanc qualitatem, quæ regantur iuxta dictam regulam, aliàs succumbent, quia si is, qui asserit se talem, & vult admitti, ut talis, debet probare se talē. l. qui non ignorat. C. qui accu. non possunt. Præterea si privilegiatus ratione officij non gaudet privilegio, si officium non exerceat, uel onus uerè, & actualiter non subeat. l. si duos. S. philosophus. & ibi Bart. de excusa. tuto. & dicit Bald. in l. siue possidetis. in 2. col. C. de probat. in versic. secundo quæro, quod privilegiatus ut talis gaudet privilegio eorum, qui proprie sunt tales, & ideo ut tanquam talis possit gaudere, debet se talem esse probare, ut ibi, & arg. d. l. qui non ignorat. C. qui accu. non possunt, & faciunt not. per Barto. in l. si maritus. S. legis Iulia. ff. de adulterijs: Et his folis ultra dicta per alium dominum Consultorē quoad hoc primum dubium sum contentus. ¶ Capiō secundum, quo quaeritur, dato, quod dicti monachi vallis umbrosæ possint gaudere privilegijs concessis congregationi Sanctæ Iustine, an ordinarius uolens uisitare populum dictarum ecclesiarum non exemptum possit hoc facere in locis, ut supra exemptis, inuitis ipsis monachis, & non consentientibus, non obstantibus quibuscumque privilegijs, de quibus, ac quorum tenore in puncto exhibitio habetur mentio: & non posse uideretur dicendum propter privilegia prædicta, quæ hoc videntur prohibere, & ultra alia multum repugnant quantum privilegium Eugenij concessum congregationi Sanctæ Iustine in secunda parte, ubi uoluit Eugenius, quod ex causa uisitandi, uel ex alia causa, inuitis monachis, ordinarius non possit in locis solitis missa celebrare, nec causas ciuiles, seu criminales cognoscere, nec synodus, conuentus, seu quauis congregatio tam ecclesiasticarum personarum, quam laicorum cogi, seu congregari possit, ergo in illis episcopus populum non exemptum, & sic personas laicas non poterit uisitare, nec facere, ut in illis congregentur causa uisitandi. Præterea qui succedit in onus, succedere debet in commodum, & privilegium. clem. 1. de cens. qui sentit. de reg. iur. in 6. sed monachi vallis umbrosæ succedunt in onus monasterij Sanctæ Iustine quoad uita, & obseruantiam regulare, ergo iustus est, quod succedant in commodum privilegiorum concessorum ob uitam, & obseruantiam regularem, ut in concessione privilegiorum continetur. ¶ Sed non obstantibus prædictis privilegijs, puto uerissimè de iure, quod in casu nostro ordinarius in locis dictorum monachorum uallis umbrosæ poterit populum non exemptum uisitare, & ideo parochianos non exemptos poterit conuenire ad suas ecclesias parochiales, & ad loca ipsarum, quauis etiam illa exempta forent. Et ad hoc dicendum moueor ex pluribus, prius præsupponendo, si aliud esset, quod ecclesia, seu locus fuerit exemptus, aliud, quod capitulum, seu congregatio clericorum, uel monachorum, & aliud, quod populus fuerit exemptus, ut est optimus text. in c. per exemptionem. de privileg. in 6. c. cum capella. & ibi Inn. de privilegijs. & in clem. unica. de excess. præla. nam exempta facta ecclesia, dicuntur exempti omnes monachi, seu clerici, ac etiam conuerſi, & cappellani, seu presbyteri habentes curam ecclesiæ, tamen non dicuntur exempti ipsi parochiani, & sic laici, nisi specialiter in privilegio dicatur: itē si sint facti exempti clerici, seu monachi, uel canonici, & sic illi, qui sunt de congregatione, seu capitulo canonicorum, uel monachorum fuerit

fuerit cōcessum priuilegiū exēptionis, non dicunt ecclesia, & loca ipsa esse exēpta. d. c. per exēptionē, ibi si canonici alicuius ecclesie. iuncto c. 1. 10. q. 1. cum ibi no. p. gl. & Domin. & c. cum. m. de const. & d. c. cū capella & ibi Inn. ¶ Itē p̄suppono, q̄ exēptiones hmoi sunt stricte interpretandæ, & debent intelligi s̄m proprietatē uerborū, & non largē. c. priuilegium. de priuilegiis. in 6. iuncta glo. & fideō in illis non fit extensio de persona ad psonā, nec de loco ad locū, nec de casu ad casum, sed debent intelligi, prout iacet, & in proprijs terminis. d. c. per exemptionem, satis est. n. ut aliquid operentur ultra ius cōmune, & hoc ex eo, quia tēdūt in iudiciū potestatis, & iurisdictionis ordinariæ ep̄i, quæ est fauorabilis, & exēptio uerō ex hoc iudicatur gratiosa, & odiosa, & cōsequenter stricte iuris ad tradita per Domin. in d. c. per exēptionē post Hostien. quē refert, & sequitur, dando regulā, ut supra in ult. uerbis illius capituli, per tex. i. c. sanē. de priuilegiis. & in l. si unus. §. pactus. ff. de pactis. unde dicit gl. f. & ibi Imo.

11 in clem. 1. de cens. quod exēptio concessa monasterio quoad se, & sua loca nō extēditur ad loca, quæ facta fuerunt sua post exemptionem, quia exemptiones non sunt extendendæ. ad idem text. in c. si Papa. de priuilegiis. in 6. ubi priuilegium exēptionis cōcessum est quoad quædā monasterio, uel ecclesie, & quo ad alia censetur confirmatū sub iurisdictione ordinarij, & ratio est, quia t̄m in dubio Papa per suum priuilegium non censetur uelle iuri alterius, & maxime ep̄i scopi derogare, nam in dubio semper Papa censetur uelle cōseruare iura ordinarij, quia si unicuiq; ep̄i scoporū iurisdictione sua nō seruet, ecclesiasticus ordo confunditur. c. peruenit. 1. 1. q. 1. & not. in c. 2. de relig. domi.

12 ¶ Præsuppono etiā, quod p̄ ecclesiæ seculares subsunt ep̄o quoad utrāq; legē: uidelicet iurisdictionis, & quo ad legē diocesanā, ecclesiæ uerō regula res, ut monasteria solū subsunt ep̄is. quo ad legem iurisdictionis, & non quo ad legē diocesanā. c. conquirent. cū ibi not. & melius in c. dilecto. de offi. ordin. & est bona gl. & ibi scribentes in summa. 10. q. 1. & c. cū dilectus. cum ibi not. de relig. domi. ¶ Quæ autē sint de lege iurisdictionis, dic, ut ibi plenē: & inter alia uisitatō sub illa continetur, & quæ dicūtur de lege diocesanā, ibi uideas. ¶ Cappellæ t̄m, & alię seculares eccl. subiectæ monasterio subsunt ep̄is. quo ad utrāq; legē, nisi monasteriū esset exēptū etiam specialiter cū suis locis, cappellis, & eccl. ad tradita p. gl. i. dicta summa, & in alijs locis præallegatis, maxime in d. c. dilectus. per gl. & scribentes, dicit t̄m Abbas in d. c. cōquirent. in 4. not. quod si in cappellis, seu eccl. monasterio subiectis habitarent monachi, seu in eis habitaret congregatio monachorū, illæ quoq; dicerētur regulariter exemptæ quoad legē dioces. sed nō quoad legē iurisdictionis, quia si monasteriū esset exemptum quo ad legem iurisdictionis, ob hoc cappellæ hmoi non dicerent exemptæ quo ad legē iurisdictionis. nisi expressē ēt de cappellis, & ecclesijs subiectis mentio facta esset per not. in dicta summa. & in d. c. dilectus. itē quia priuilegia exemptionū nō debēt extēdi ultra casus expressos, ut supra, ac etiam quia p̄ priuilegia sui natura nō sunt ad alios casus extensibilia, quāuis alijs etiam concedi possint, ut dicit glo. in c. hinc est. 16. q. 1. immo ex maiori rōnis extensio in priuilegijs locū non habet. Abb. in c. dilecto. & in c. ex parte. 13. de decimis. c. sanē. de priuilegijs. Spec. in tit. de dispensa. §. uidentū restat. uers. sed oppono. gl. in c. quæsitum. 13. q. 2. & l. si pupillorum. §. pen. ff. de rebus eorū. ¶ His ita se habētibus, modo in casu nostro Papa ad postulationē, & preces monachorū congregationis uallis umbrosæ asserentiū se regi iuxta regulā, & obseruatiā regularē cōgregationis S. Iustine extendit oīa priuilegia aliās cōces-

sa dictæ cōgregationi S. Iustine, quatenus sint in usu, ad ipsam congregationē uallis umbrosæ in oībus, & per oīa: hæc sunt uerba concessionis, & priuilegiorū cōcessorū à Papa, in qbus considero, quod priuilegia concessa congregationi S. Iustine fuerūt extēsa ad cōgregationem monachorū uallis umbrosæ, ergo solū priuilegia concessa cōgreg. S. Iustine dicunt cōcessa cōgreg. uallis umbrosæ. Sed t̄ ubi cūq; priuilegium exēptionis est cōcessum cōgreg. monachorū, ob hoc nō cēsentur loca ipsorū exēpta, & p̄sertim loca subiecta. d. c. p. exēptionē. cū si. supra adductis. ergo ex hac priuilegiarū extēsiōne facta à Papa solū monachi uallis umbrosæ dicētur exēpti, & nō loca ipsorū, quia solū fuerunt extēsa priuilegia cōcessa cōgreg. S. Iustine ad cōgreg. monachorū uallis umbrosæ, non autē priuilegia cōcessa ipsis locis, & ecclesijs S. Iustine fuerunt extēsa ad loca, & ecclesijs uallis umbrosæ, quia p̄ priuilegia concessa cōgreg. monachorū, seu monachis, uel clericis, & canonicis non dicuntur loca ipsa exēpta, ut supra p̄supposui. Nihil ergo obstat in casu nostro, quin ordinarius possit uisitare populū non exemptū in locis, & eccl. parochialibus subiectis ipsis monachis uallis umbrosæ, cū ex inspectiōe copię priuileg. ad me transmissę non uideā, q̄ loca, & hmoi dicantur exēpta, seu exēpte, considerando ut supra.

18 ¶ Secundo hoc idē corroboratur, nā p̄ priuilegia concessa cōgregationi S. Iustine ad preces, & postulationē monachorū uallis umbrosæ, fuerunt per Papā extēsa ad cōgreg. monachorū uallis umbrosæ, ergo talis extēsiō, seu cōcessio priuileg. debet ad suū casum tantū restringi, nec aliquo mō extēdi ultra propriissimā significationē uerborum ad id, q̄ largē ēt posset sub uerbis expressis comprehendī. arg. tex. in c. si pluribus. de præb. in 6. cū alijs infinitis supra allegatis. c. statuto. de decimis, in 6. & p. Imo. in clem. 1. super gl.

19 in ver. volumus. de censibus, qui dicit p̄ priuileg. concessum ad postulationē debere magis restringi, q̄ si fuisset cōcessum motu proprio. d. c. statuto. iuncto d. c. si pluribus. ex quo infertur, q̄ solum ipsi monachi, seu eorū cōgregatio dicuntur exēpta, & poterit uti priuilegijs concessis cōgreg. S. Iustine, & nō concessis locis, & ecclesijs suis. Ex quibus recipi non esse inconueniens, quod in locis, & ecclesijs uallis umbrosæ ordinarius possit uisitare populū non exemptū absq; iudicio suorū priuileg. ¶ Tertio hoc uerum esse clarissimē ostēdo, p̄supponendo prius, quod ordinarij uisitationes sunt recipiendi in ecclesijs, & locis, ac domibus eccl. ac monasteriorū, & non in alijs locis ēt cōgruis, ipsis inuitis, ut est tex. cū gl. i. uerbo ipsorū. & ibi Imo.

20 & alii in clem. 2. de cēsis. ¶ uisitationes. n. ab ep̄o, & ordinario faciendæ sunt in monasterio, & claustro, seu in domibus ecclesiarij, quæ sunt loca cōgrua, de qbus loquitur tex. in d. c. 1. de cēsi. in 6. & nō in alijs locis ēt alijs aptis. c. ut iuxta. de offi. ordi. c. 1. de cens. in 6. & ibi Archid. & Domi. bonus tex. in c. placuit. 10. q. 1. circa si. ibi, & sic postea ep̄s de illa eccl. proficiscatur ad aliā, qui loquitur nedū de uisitationibus clericorū, & monachorū, sed ēt de illis, q̄ sunt populo nō exempto. Et si ipsis ordinarijs uolētibus uisitare fieret resistētia, possunt propria auctoritate opponētes, & resistentes ēt p̄ uim expellere, & eiicere, nō t̄m possunt portas, & ualuas monasterij, & eccl. frangere, ut est bonus tex. & ibi gl. & Imo. optimē declarat in clem. 2. de cēsi. & h̄ ēt p. Io. And. post Inn. & Hostien. in c. 1. de immunita. eccl. Hoc p̄supposito, & dato ēt, q̄ nedum cōgreg. monachorū uallis umbrosæ dicatur exēpta, sed ēt eorū monasteriū, & oīa loca eis subiecta sint exēpta p̄ supradictā extēsiōnē priuileg. eccl. S. Iustine, & p̄ in oībus, & p̄ oīa ēt quoad loca subiecta monachi uallis umbrosæ dicantur exēpti, prout sunt monachi S. Iustine,

stine, adhuc dico de iure ordinariū posse uisitare popu-
lū non exemptum in eccle. & locis subiectis mo na-
chis dictæ uallis umbrosæ, inuitis ipsis monachis: q̃a
22 † ubique; priuilegiū exēptionis est cōcessum mona-
chis, seu clericis, uel congregationi, seu capitulo mo-
nachorū, uel canonicorū, tunc ecclesia non censetur
exēpta, & ideo in oībus respōdebit ipsi ep̃o, p̃terquā
in iurisdictione clericorū, & monachorum. Inn. Ho-
stien. & Io. And. in c. cū cappella. per illum tex. de pri-
uileg. in prin. Domin. in c. per exemptionē. per illum
23 tex. in 3. col. eo. tit. in 6. sed † si ecclesia cū locis, & cle-
ricis, & religiosis fuerit exempta, non tñ populus cen-
setur exemptus. d. c. per exemptionem. cum si. ergo li-
cet ecclesia non teneatur respondere ep̃scopo in iur-
isdictione ipsius ecclesiæ, & clericorum, tñ tenebit
respondere in iurisdictione populi non exempti, &
propterea respectu uisitationis populi non exēpti ec-
clesia debet ordinariū uisitantē recipere. ¶ Prete-
rea & melius exēptus rōne rei non exempti subici-
tur iurisdictioni ordinarij, & ideo si ecclesia ē cū lo-
cis, & personis ecclesiasticis fuerit exempta, rōne rei,
uel personæ non exemptæ non censetur exempta, &
tanquā non exempta respectu illius rei, uel p̃sonæ or-
dinarij subicitur, ita dixit Inn. & ibi Hosti. Io. Andr.
& alij in d. c. cum cappella. in ultimis uerbis. & h̃ per
Imo. & Io. And. & Abb. in c. ex ore. eo. tit. & per Do-
min. in c. si Papa. de priuileg. in 6. & in d. c. per exem-
ptionem. in 3. col. ergo monasteriū, & monachi ual-
lis umbrosæ ratione populi non exempti non dicen-
tur, nec censentur exempti, & potestati ordinarij
subiiciuntur, sed q̃n ecclesia nō est exempta, uisitatio
etiam inuitis monachis, & clericis facienda est in ec-
clesia, & ordinarij in monasteriis, & domibus est re-
cipiendus, & non alibi, ut supra, ergo ratione populi
non exempti, inuitis monachis, ordinarij poterit in
ecclesijs, & locis exēptis uisitare, licet ratione perso-
narū exemptarum, ut clericorum fortē non posset, &
isto modo possunt intelligi priuilegia concessa con-
gregationi uallis umbrosæ. ¶ Confirmantur ista ex
ijs, quæ ferē in terminis tradit Domin. in c. unico. de
25 cappellis mona. in 6. in 2. col. dicens, q̃ † ex quo eccle-
sia parochialis nō fuit exēpta cū parochianis, quos
habet, licet alijs sit exempta quoad se, & quoad perso-
nas suas ecclesiasticas, non tñ erit exempta quoad cu-
ram parochianorū, & populi non exempti. d. c. per
exemptionē. & d. c. cum cappella. ibiq; Inn. & propte-
rea dicit, q̃ illa ecclesia rōne parochianorū non exē-
ptorum suberit diocēsano loci. c. ex ore. de priuileg. cū
26 si. supra allega. & multo magis † secundū ipsum diocē-
sano suberit rector illius ecclesiæ parochialis rō-
ne parochianorum non exemptorū, quāuis alias ip-
se rector esset exemptus. d. c. per exemptionē. & ideo
si delinquit, poterit per diocēsanum tanquam subdi-
tus suus ratione populi non exempti puniri, & eccle-
sia priuari. Si ergo ecclesia exēpta ratione populi nō
exempti d̃r non exempta, & ordinario loci est subdi-
ta, sequitur q̃ in illa ordinarij poterit uisitare popu-
lum non exemptum inuitis clericis, & monachis, q̃a
respectu populi non exempti ecclesia, uel clerici non
d̃r exempta, sed subdita, nec dicuntur exēpti, sed subdi-
27 titi per tex. in d. clem. 2. cum glo. de censib. & cū alijs
si. supra allega. & hoc uidetur saltem ad radicē pone-
re. ¶ Præterea † q̃n ecclesia, & monasterium exēptū
cum suis locis, & ecclesijs subditis habet ecclesiā par-
ochialem sibi subditā etiam pleno iure, cuius popu-
lus non sit exemptus, siue institutio de illa parochia
li ecclesia spectet ad ep̃m, iuxta ea, quæ habentur in
c. unico. de cappellis mona. siue ad monachos, puta
ex priuilegio secundum not. per Inn. in c. 1. de cappel-
lis monach. & per Doct. in d. c. unico cum si. talis in-

stitutio d̃r accessoria ad curā populi non exempti, &
fiat ratione, & respectu curæ populi non exempti, &
ideo sequi debet naturā curæ populi non exempti
ad c. accessorium. de reg. iur. in 6. c. 1. de cons. eccl. &
is cui. §. non sic. de præb. in 6. ergo de ipsa ecclesia pa-
rochiali rōne curæ iudicabitur, ut de cura parochia-
norū nō exemptorum, cū sit accessoria ad curā paro-
chianorum. d. c. is cui. & d. c. unico. sicut igitur paro-
chiani subunt ep̃scopo, ita ecclesia suberit rōne pa-
rochianorū, & ideo rōne parochianorū uisitatio fa-
cienda erit etiā in ecclesia inuitis monachis: & ha-
sunt etiā expresse de mēte Inn. in c. 1. de cappellis mo-
na. qui dicit, q̃ si ecclesia parochialis spectet ad mo-
nasteriū exēptū pleno iure, cuius ecclesiæ parochia-
lis populus non sit exēptus, rōne populi nō exēpti ec-
clesia illa, & rector ep̃o suberit, nec dicitur ecclesia
exēpta, ergo sequitur, q̃ in illa ep̃s poterit uisitare po-
puli, quia ecclesia exēpta rōne sui mēbri non exēpti
non censetur exempta, & subest ep̃o, ut per Inn. in d.
c. cū cappella. & ex his apparent iura R. ep̃i Florenti-
ni esse potiora: ex quibus ē sublata uidentur ea, quæ
in prium adduci possent, & præsertim nōnulla priuile-
gia, de quibus supra, & maxime dū in quarto priuile-
gio Eugenii in secunda parte eximuntur monachi
sanctæ Iustine, ne teneantur in eorū monasteriis, & lo-
cis recipere cōuentus, & cōgregationes p̃sonarum
tam laicarum, q̃ ecclesiasticarum, responderi p̃t p̃p̃
mo, quod illud priuilegiū cōcessum monasterio, & lo-
cis S. Iustine nō extenditur ad ecclesias, & loca cō-
gregationis uallis umbrosæ, quia solū ea priuilegia
fuerunt concessa congregationi monachorū S. Iusti-
næ, & non illa, quæ fuerunt concessa monasterio, &
locis, fuerunt extēsa ad congregationē monachorū
uallis umbrosæ, ut supra dictū est. Præterea dico illud
priuilegiū debere intelligi, q̃n fieret per ordinariū
congregationes non rōne populi nō exempti, & pro
uistado populum nō exēptum, sed ex alia cā, alioga-
tales cōgregationes pro uisitando populum non exē-
ptum possent per ordinariū in illis ecclesijs, & locis
fieri, ut dictū fuit; & hæc quoad secundū dubiū dicta
sufficiant. ¶ Tertium restat dubiū, in quo multū non
28 insistent cū alio D. Cōsulatore concludo, quod t̃ de
iure cōi abq; dispensatione ex institutione habentis
potestatem instituendi monachus p̃ se p̃t exercere
curam aīarum populi in ecclesia seculari, per not. per
Abb. in c. quod Dei timorē. de statu monachorum.
post Io. And. & Host. & per alia multa similia, q̃ ipse
D. cōsultor in suo cōsilio adduxit. & c. par. ochia. rē.
q̃ 1. & d. c. quod Dei. inducendo, ut ibi per Abi. Hoc
29 † tñ intelligerē uerum esse s̃m illā opinionē, q̃ mihi
vī cōior Inn. Io. And. & aliorū in ecclesia, in qua non
habitarēt congregatio monachorum, ut in ecclesia
seculari, & parochiali, in qua alij monachi nō habita-
rent, secus esset in ecclesia, in qua habitaret cōgrega-
tio monachorum, quia in illa non debet institui mo-
nachus ad curā populi, sed alius clericus, & presbyter
secularis, ex dispensatione tamē posset p̃fici tali ec-
clesiæ. Abb. in c. non est. de uoto. & not. per illum tex.
in c. 2. de statu monachorum. & est glo. in clem. 1. de
elect. c. 1. & ibi gl. & Abb. de cappellis monachorum.
ubi post gl. & Ant. assignat rationē differentię, quare
monachus de iure cōi abq; dispensatione p̃t præsen-
tari, & institui ad ecclesiam habētē curā animarum,
in qua non habitaret congregatio monachorū, & ta-
men non p̃t abq; dispensatione, & priuilegio p̃ati-
ci ecclesiæ parochiali, in qua cōgregatio monachorū
habitaret, super quo dicas, ut ibi per Do. Anto. &
alios, & omnino per Imolam in clementia prima cir-
ca finem. de electione; & ex his remaneant prædictæ
difficultates resolutæ. Laus Deo.